

**Landesbibliothek Oldenburg**


**Digitalisierung von Drucken**

**Lingæ Obsidio**

**Blaeu, Joan**

**[Amsterdam], [1649?]**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-315336](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-315336)



M 15862  
C9 283

OBSIDIOLINGÆ.

aggressus fuit, simulque urbem periclitantem jam dedi postularit. obfessis hora spatium ad deliberandum polcentibus, & interea temporis ab armis cessationem, denegavit Princeps. Quare petiere obfessi mitti in urbem obfides duos, missi suos, qui fuerit Bartholomæus Sanchez vicarius Francisci Verdugi, & Satrapa Coevordenis, Everardus ab Ens. tranactum sibi se fore vespere, ea lege ut postero die cederent urbe praefidiarii cum impedimentis omnibus, relictis solum traditumque Principi chartis Actisque, Lingensium Dominium spectantibus: habentem sibi ad tranvehendam suppellectilem cursum xli in primum diem: res suas quoscunque curaret in urbe sex dierum mora, mox impetratis missis litteris abiret. Intererat his negotiis Dux Lunenburgensis, Comes Luppiæ, Comes Swartzenburgicus & Comes Bentheimensis, qui ante in castra salutaturi Principem venerant. Vespere Solmenfis, Ernestus, & Ludovicus Nassovius Comes, apud Fredericum Comitem & fratrem ejus Adolphum Bergium in Arce cenatam ire, noctu in castra reversi. Comes Fredericus Principi Mauritio litteras Cardinalis offendit, quibus perscribebat, nulla se sine liberationis falleret, verum & sui & militum rationem haberet, in futura Regis commoda. Ex quibus manifestum erat, citius deditorem ipsum fatum fuisse, si citius illam rogavisset Mauritius. xlii Novemb. permittit Frederico Mauritio diem in arce unum adhuc morari, dimissis ab Arce praefidiariis, & concessum loci regimen

HISTORIA OBSIDIIONIS LINGÆ,

Facta à SPINOLA, Anno 1605.

**S**pinolæ obsidio, ut ad eam transeam, accidit Anno MDCV, mense Augusto, postquam in ditionem accepisset Oldensaliam duorum dierum spatio. Magnum quippe Lingæ momentum esse putabat, ut castris suis consuleret, & quæ animo agitabat periceret felicius. Impositi Arce erant praefidiariorum quingenti, impuniti Praefecti appellacione imperabat Martinus Codde, at Satrapæ dignitate fugebatur Albertus ab Ytterfum. Erant insuper in urbe Centuriones quinque, nempe Johannes Wirixius, Ioannes Ruyffius, Ioannes Dyckius, Ernestus Melingia, Nicolaus Audartius & Vice-centurio Wilhelmus ab Interma, omnes militia probata. Octavus Augusto illucebat dies, cum Spinola, missis centum & quinquaginta equitibus, ar-

mentororum quicquid sub urbis moenibus pascere in sua egit castra, & equitum binis millibus eidem aditus praclusit. Decimus insequentem cum exercitu omni Spinolam vidit, & quatuor urbis plagis accessit ad illam moliri, dum oppidani eo quem habebant milite, merita valloq; restaurant, locandis tormentis, & repellendo hosti. qui erectis quatuor suggestis, & locatis hic illic in defensores machinis, detonare in illos ferocius cœpere, donec duo è propugnaculis deiecisset acroteria; eò mox progreffum, ut ob minus profundas urbis fossas summo mare in ipsum propugnaculum penetravissent. Quâ re non facie adit Governatorem concionator Ioannes Spinohovius, presbyterio omni comitante, obtestatus multis suorum lachrymis, ne fundendi innoxii sanguinis per temeritatem auctor esset. cumque respondisset ille cordatè fati,

HISTORIA OBSIDIIONIS LINGÆ,

Facta à MAURITIO, Anno 1597.

**M**auritius Anno MDCVII, Octob. xxiv, lastrato flumine Dinkelâ hac sibi viam intravit, missis eò equitum turmis decem sub Satrapa Zallandæ, pedum Frisiorum sex, qui aditus investigarent, & prærequisita ad obsidionem curarent. Eopse die tres juniores Comites Bentheimenses, una cum Comite Weda Principem Mauritium adiere Oldensalæ, ut & Monasterium delegati. Ille centurionem Ewaldum Boutium cum litteris ad vicinos Satrapas ablegavit, ut ad conficiendum pontes, qui Amasin inferneret, cymbas, pontones, trabes, aliaque conferrent, transfundendo exercitu. Octobr. xxvi movit Oldensalæ Princeps, & Northemum pervenere exercitus pyrami. Ipse cum Aurantia Principissa & Brabantinâ Aurica aliique Nobilibus Bentheimi confedit, ubi dignè à Bentheimensi Comite & Palatini Comitis viduâ, quæ tum ibi degrebat, exceptus, postero die ad exercitum Eemsburæ devenit, qui xxviii Octobris supra Amasi, ad urbem & Arce Linganam castra posuit. Erat urbs vallis, moenibus, propugnaculis valida, nec non praefidio potens. nam præterquam quod operibus pluribus rotundis è terra aggestis muniretur, duplici moeniorum & fossarum ordine defendebatur, propugnaculis tribus, molibus, quas Raveleys vocant, duabus, praefidiariis sexcentis, pedum nempe signis tribus, equitum turma una, sub moderamine Comitis Frederici Verdugi optione, aliique ad sustinendam obsidionem necessariis. Stabat sententia Bergio, Transfalsalæ Governatori, urbem hanc, maximi momenti, suæ custodiæ servare quem in finem ocyus tecta quædam & ovilia suburbana incendi jussit, ne ulii essent obsidentibus. ut militem in pagis proximis detinere cogereur Mauritius, cum ob infantem brumam riguriolis vivere importunum esset. Postero die facta eruptione molam incendere obfessi, cum Scotis velitantes, usque dum in urbem repellentur. Tunc ex arce & urbe ferociter tormentis per totam noctem & subsequens diei partem favere oppidani, impediendis nostrorum accessibus. xxx Octobris sex Frisiorum signa addita reliquis fuerit, obfessique sero vespere circa octavam centum & quinquaginta armatorum manu irrure in stationem vigillum Friscam,

casus Centurione Petro Leovardensi, & militum tribus, desideratis quoque hostium aliquot. Octobris die ultimo locatis hic illic machinis impetita fuere opera ab oppidanis defendendæ urbi aggesta, tutiusque sub harum praefidio promotæ fuerunt fossorum operæ. Insequente nocte sex tormenta in suggestum pertracta viam fecere militi ad fossam Molis castrensis, quæ Molite veteritate armorum naves novemdecim, quæ Octobris die postremo Embiam venerant, Orram (ditioms est Embdanz) præternavigare, frustra obnititibus castelli defensoribus. Eiusdem mensis die tertio quartove feliciter procellere accessus subterranei, & eoque in molem jam dictam penetravit labor, ut in lateram five fodinam muralem incidere miles, è qua dum tormentarium pulverem auferre pileis allaborant nostri, hostes contra picarum jaculatione nostros repellunt, accidit ut flamma pulverem corripuerit, unaque & militum aliquot & fossorum. Quarto & quinto oppidani, accensa laterabra in Mole ad Leucam portam, occasione submittitruvere nostris eam invadendi, & muniendi. Novembris die quinto in castra vener Hagâ Comitis Legati Regis Danicæ, nempe Cancellerius Witfeldius & Dominus Barnekovius, & rerum castris novitate capti lastrare vias accessusque, & meatus terrarum cecos & subterraneos, mirati industriam diligentiamque castris, postero die Delmanhorstiam abiverunt. Novemb. sexto de tribus vineis transeptum florenorum pensabatur, alterius mille quingentorum, tertii mille quadringentorum. Liberibus pactum, cum Ill. Ordines conficiendis operibus castris missent recens decem florenorum millia. jamque ulterius itum fuit in Moles objectas Molitoria portæ & Leukenfi, praeficiendis aggeribus, quibus aquæ fitebantur. Septimo & octavo diebus Molium istarum compotes facti nostri, aquas laxare & distondere hac illac crepere. Nono & decimo Novembris in castra perlatum quicquid adhuc machinarum & utensilium bellicorum desiderabatur, quæ ventorum injuriâ in Waggdis insulis hæserant die undecimo novum suggestum extrui fecit Princeps, locandis machinis viginti quatuor, quibus Arce subverteret, ex quo postquam ab hora octava matutina detonasset, machinarum praefidio, progressus, duas Moles suffodere aggress-

ALBERS 283  
Kasternoo 14